nes, omnes cum summa paupertate luc-
tantur, qua re fit, ut difficillime ad
conferendum in commune, quod quaeq
priuatim, aut labore parant, aut à
propinquis accipiunt, adigantur;
difficilius septa ipsa ita claudi, atq
aedificari, ut ratio disciplinae pos-
tularet, possint; quamquam non ni-
chil ad utrumq diligentia, atq
studio meo profectum esse uidea-
tur. Praeter haec quinq Monalium
Monasteria, nouum aliud ex sua do-
mo ut aedificetur, Flauius Chysolinus
Amerinus ciuis testamento instituit;
legatis huic operi omnibus bonis suis;
quorum aestimatio septem milia
scutorum non excedit. quae summa
aedificando Monasterio, atq alendis
quindecim monialibus, quas Flauius
eò includi mandauit, sufficere non uidetur posse
~~potest~~, ac si maxime possit, ~~ubi~~ non Vrbi
frequentiss.ae ~~et paulo plus quatuor~~
~~hominum capita censenti~~, quae his
ipsis quinq Monasteris sustentan-
dis non sit, in tanta cleri, et con-
fes-

confessorum inopia superuacaneum mihi quidem
uidebatur, sed ciuitati, ut rata flauij uo-
luntas habeatur à me contendente, nega-
re non potui, ita nouo Monasterio aedi-
ficando magis permittente, quam pro-
bante me, insistitur. Sunt praeterea
lugnani in diocesi mea duo Monialium Mo-
nasteria Annuntiatae, et S.tae Clarae: atq
huius quidem procuratio est fratrum
minorum obseruantium. Nouum
utrumq, et paucis ante annis institu-
tum, utrumq superuacaneum, aut
certe non magni oppidi populo non
magnopere necessarium. At quem-
admodum praua inter se oppidano-
rum contentione factum est, ut
non unum, quod utilius, aptiusq fue-
rat, extructum, sed scissa deductaq in duo
sint, ita ipsae Moniales Mulieribus in-
terse odijs, atq ~~detractationibus~~ ~~cer-~~ obtrectationibus assidue concertant
~~tant~~, ut neq monitis, et cohortationi-
bus ~~cuiusq~~ sedari aemulatio possit, et
in eadem studia etiam oppidanos trahat.
~~trahant~~; Aliturq dissidium non ipsarum
solum mulierum linguae ~~impuden~~ intemperantia
tia;